



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opus pulcherrimu[m] de tribus vsitatis christianoru[m]  
actibus: oratione videlicet: ieiunio [et] elemosyna**

**Guntherus <Parisiensis>**

**Basilee, 1507**

**VD16 G 4140**

Liber tertiusdecim[us]: De elemosyna.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30791**



omnes qui p vita eterna diutur  
nis ieiunijs corpus affligunt:  
mor vt e carne migrauerit/ad  
eterne facietatis conuiuia per  
ducuntur.

Liber tertiusdecim<sup>o</sup>:

de elemosyna. Cap primū.

**U**ltimo loco de elemosy  
na que ⁊ ipsa de tribus  
nre materie ptribus vna  
posita est: breui quodā cōpen  
dio differam<sup>o</sup>. De qua ista con  
siderari oportet: qd ipsa sit: qd  
spēs elemosyne: qd cōperat ele  
mosynā facienti: quid ex ipa so  
leat. puenire. ¶ Elemosyna gre  
ca voce latina misericordia di  
ci solet. Misericōdia aut hoīs du  
plex est: altera erga seipm: alte  
ra ho in primū. Nō potuit ad  
di erga deum: qz deus omnū  
quidē miseret: ⁊ ipse cuiusquā  
misericordia nō eger. Misere  
ergo quis sibīpi duobz mōis:  
de malis respiscendo: ⁊ in bo  
nis pseuerando. Respiscendo  
de malis/ quibz presentibz ne  
cessario damnaret: pseuerādo  
in bonis/ quibz absentibz nul  
laten<sup>o</sup> saluaret. Fili inquit mi  
serere anime tue placens deo. i.  
relinquens mala ⁊ faciens bo  
na: quoz vtrunqz placere deo  
non est ambiguū. ¶ Proximo  
aut miseremur pluribz modis:  
videlicet cōpassiōe: orōne: cor  
rectione: consilio: auxilio: bene  
ficio. ¶ Cōpassiōe miseremur  
proximo: quādo vel eius pecca

tis vel erumnis misericorditer  
⁊ dolemus. Peccatis absalon  
filij sui cōdolebat dauid/ cū il  
le patrē psequeret: erumnis ve  
ro/ cum ipse miserabilē ei<sup>o</sup> mor  
tem lamentaret. ¶ Oratione si  
militer miseremur primo duo  
bus modis: cum vel p peccat  
eius vl miserijs deum orando  
humiliter imploram<sup>o</sup>. Pro pec  
catis proximoz orabat stepha  
nus/ cum pro se lapidantibus  
imploraret: Pro miserijs aut  
paul<sup>o</sup>/ cum iuuenē eutichū mi  
sera sorte peremptū orando su  
scitaret. ¶ Correctione qz mise  
remur proximo duobz modis:  
cum vel eum de factis iam ma  
lis increpantes corripim<sup>o</sup>: vel  
a faciendis misericorditer ab  
strahim<sup>o</sup>. De hac misericordia  
correctionis: dictum est illd in  
psalmo: Corripiet me iust<sup>o</sup> in  
misericōdia ⁊ increpauit me. ¶ Cō  
silio qz primo miseremur: qn er  
ranti ⁊ sui pro: sus ignaro/ sa  
lubri consilio subuenim<sup>o</sup>. ¶ Auxi  
lio etiā eidē primo miseremur:  
qn ad faciendū vl obtinendū  
bonū qd p se nō pōt/ auxiliū ei  
misericorditer exhibem<sup>o</sup>. ¶ Benefi  
cio aut eidē miseremur: qn indi  
genti materiale stipendium: vt  
pote cibi vel potus/ aut vestis  
vel pecunie affectu pietatis im  
pertimur. In cui<sup>o</sup> beneficij ex  
hibitione ista cauenda sunt: ne  
fiat de alieno: ne absqz modo:  
ne det indigno. Ne fiat de alie  
no: qm qui facit elemosynā de

2. Regl. 15

2. Regl. 18.

Act. 7

Act. 20.

Ps. 140.

Eccli. 30.

Eccli. 34.



substantia pauperis / quasi qui victi-  
mat filium in conspectu patris:  
Ne absque modo: velut si vnde  
deris / vnde pluribus poteras  
subuenire. Ne dederis indigno:  
si digno eque indigens valeat  
reperi: quemadmodum scriptum est:  
Ecclesi. 12.

Sudet elemosyna in manu tua /  
donec inuenias iustum cui des.

Luce. 6. Et licet alibi scriptum sit: Om-  
ni petenti te tribue: tamen hec  
nostra beneficia ad domesticos  
fidei / et vicinos / seu familiares  
nostros copiosius atque frequenter  
debet extendi.

### Capitulum secundum.

Elemosinam faciendi ista con-  
ueniunt: metus puritas:  
simplicitas: humilitas:  
liberalitas: hilaritas. Hec au-  
tem ei dicimus puenire: non sola que  
dem / sed precipua. Mentis puri-  
tas ei valde necessaria est: sine  
qua nec esset elemosyna quecumque fa-  
cere posset: quia cum elemosyna nil  
aliud sit quam misericordia: nulli mi-  
sericors esse potest / qui sibi ipsi pro cor-  
dis impuritatem ipsi et misericors  
esse conuincitur. Quo circa si ele-  
mosynam facere meditaris: ne-  
cesse est eam a te ipso incipere / et  
transire in proximum. Quod enim  
ait saluator in euangelio: Date  
elemosynam et omnia munda sunt  
vobis: non eo sensu dictum est  
quasi hoc solo mundari valeas  
a multis magnisque flagitijs / si  
dederis esurienti victum / nu-  
do vestem: vel aliquid similitum. Si

Luce. 11.

enim hoc solum ad emundatio-  
nem multorum magnorumque crimi-  
num sufficeret: optima esset pesti-  
morum hominum perditio / si sua flagi-  
tia sola rerum temporalium impensa  
possent redimere: quales sunt fur-  
res / raptores / quadruplatores:  
que rebus etiam male partis ma-  
lorum suorum impunitatem sibi fa-  
cile compararet. Quod quidem in  
illis domini verbis minime debet in-  
telligi: Sed quoniam que talis est vt ele-  
mosynam vere ac digne dare pos-  
sit: huic reuera omnia munda esse  
se confitemur. Tale est illud quod di-  
ci solet: Habe charitatem et fac  
quicquid volueris: non quod habes  
ti charitatem furta / homicidia /  
vel adulteria liceat perpetrare: sed  
quia nihil facere potest habendo  
charitatem quod ad vitam obtinendam  
impediat. Expectat ei etiam  
simplicitas: vt ex eo quod sola pie-  
tatis causa fieri debet / non que-  
rat fauorem hominum: veluti  
pharisei / qui cum facerent elemo-  
synam / canebant tuba: de qua  
libus dicit saluator: Amen dico  
vobis / receperunt mercedem  
suam. Mercedem inquit suam rece-  
perunt: laudem videlicet ab hominibus  
quam quebant sub obtentu false  
religionis: penam vero que simula-  
tioni eorum debebatur adhuc  
erant recepturi. Quapropter vel  
occulte fieri debet elemosyna:  
iuxta illud: Abscondite elemosy-  
nam in sinu pauperis / et ipsa  
orabit pro vobis: vel si occultari  
non potest / pura tamen intentione

Matth. 6.

Ecclesi. 29.



Matth. 6. fiat: sicut ait saluator: Cū facis elemosynā/nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. i. operi bono qđ tñ bona intentione faciendū est/nihil prave intentionis admisceas. Humilitas etiā eidez multū est necessaria/ne qđ ob amorē dei et proximi humiliter faciendū est/arrogāter et supbe fiat: vt faciunt quidam homines pditissimi/qđ ea que pauperibz eroganda erant scurris et histrionibz largiunt: cum scriptū sit: Qui donat histrionibz/immolat demonibz. Quapropter duplici pene tenetur obnoxij: vlt qz paupes christi suo fraudant stipendio: vel qz ea que forte alijs violentē erepta sunt/ipurissimo generi hominū p sua scurrilitate largiuntur. Sed et si pprie sint res et oī vitio carentes. i. nulla parte iniuria/peccāt tñ grauissime: qđ pe quas in bonos vsus cōferre debuerāt/eis turpiter abutentes. Que em̄ maior abusio qđ in homines fedos et dō prorsus odibiles facultates tuas effundere: pauperes autē christi et eosdem fratres tuos nullo beneficio consolari. Qui viderit inqt frēm suū necesse habēre et clauserit viscera sua ab eo/quomōdō charitas p̄is manet i eo. Fratru<sup>9</sup> paup est/et forsitan cōmuni patri deo te longe dilectior. Ille semicinctijs horret/et tū nites in purpura/et tñ frater tuus est/nō potes eius p̄inquit

tatem effugere. Diuide cū fratre tuo substantiaz tuā/ne tuū et illius patrē grauiter exacerbes. Liberalitas quoqz facienti elemosynā adesse debet ne sit exanguis et aridus in erogando: sed p modo facultatis fratri libenter impertiat: nō tā timentis in posterū defectū suū qz p̄sentē illius attendēs penuriam. Meminisse siquidē debet/ qm̄ qui dedit p̄sentia poterit illis erogatis alia copiosius ministrare. Faciat ergo quilibet pro facultate sua: et ob amorē illius qđ oīa dedit et ampliora dare potest/egenti primo qđ pōt exhibeat: memor illius scripture que dicit: Si multū tibi fuerit abūdanter tribue: si autē parū/ etiā de ipso libenter impertire. Hilaritas facienti elemosynā semper adesse debet: vt idipsuz qđ dat leto animo largiat: qm̄ vt ait a plus: Hilarē datorem diligit deus. Nam et inter homines (vt ait philosophus) ingrātū est beneficiū qđ diu in manus dantis hesit/et deniqz si visus est dare/quasi ab eo extorqueret. Quanto magis deo qđ nullā habet indigentia/munus tuū placere nō potest/nisi illud deuote mentis cōmendet hilaritas. Cum ergo facis elemosynā/cū summa mentis hilaritate facias necesse ē et gaudio spiritali: certissime sciens/inter omnes impensas tuas nil poni tam feliciter et lucrōse qđ illud

Tob. 4.

2 Corin. 9

1. Tob. 3.



**Prover. 19.** qđ pauperibz erogatu/ deū tibi efficit debitorē. Qui miseret inqt primo/fenerat deo. Fenerare igit r tu/ r in celestibz reponne apothecis: qđ tibi christ<sup>9</sup> cū necesse fuerit centuplicatu restituat. Hoc mō reposuerat ille qui dicebat: Scio cui credidi/ cert<sup>9</sup> sum: qz potens est/ depositū meū seruare in illū diē/ iust<sup>9</sup> iudex. Uide em̄ qđ idē iudex in extremo iudicio diciturus sit:

**Matth. 25.** Qđ vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Fidelis sermo r digna deo sententia: qđ collata minimis frībz suis/ se accepisse pfitet. Quis dubitet apđ istū deponere qđ cōmissa tā integra fide rātoq; restituit augmēto. Uide em̄ qđ dicat: Venite bñdicti p̄ris mei percipite regnū qđ vob paratu est ab origie mūdi: Esurui em̄/ r dedistis mihi māducare: sitiui r dedistis mihi bibere: r cetera que ibi de opibz miscōie subiecta sunt. Uerū ne te rez tenuitate putes excusari vide qđ dicat p̄pha: frāge esurienti panē tuum: r egenos vagosq; induc in domū tuaz: Cū videris nudū operi eū/ r carnē tuā ne despereris. Uide qđ iubeat: Nō iubet esurienti primo sumptuosa parare cōiuiua: sed si aliud nō habes/ buccellā panis cum eo diuidere. Nō iubet egenos r vagos mlto suscipe apparatus: s; inducere i domū tuā: vt saltē sub culmiē tuo noctis iportunitatē queāt effuge

re. Nō iubet paupem nudū/ p̄ciosis ornare induuijs: s; saltē veste attrita r veteri/ nuditatē ei<sup>9</sup> abscondere. Et carnē tuā ne desperes. i. eū qđ a primo patre carnali cōmunē tecū duxit naturā. Nemo inqt apl's carnē suam odio habuit/ sed fouet eam r nutrit. Dilige r tu carnē tuā: dilige frēm tuū: qz caro tua et sanguis tu<sup>9</sup> est. Foue eū vestis operimēto: nutri corpis alimēto. Uide qđ idem dicat apl's: Qui tribuit i simplicitate: qui miseret in hilaritate. Per simplicitatē praua intentio remotur: p hilaritatē leticia spūalis admonez: vt r in intentiōe boni opis sit pura simplicitas: et in exhibitiōe spūalis hilaritas. Nec sunt qđ faciēti elemosynā vident cōuenire: nunc prouentum eius inspiciam<sup>9</sup>.

Quid ex elemosyna veniat: Caplm̄ tertiū.

**D** Roueniunt aut ex elemosyna quinq; hec: remissio pctōz: charitatis augmentū: spūale gaudiū: certa spes pmissoz: pceptio p̄mior. Remissionē pctōz ex elemosyna puenire nllī dubiū eē debet/ cū sc̄ptū sit: qz sic aqua extinguit ignē/ ita elyna extinguit pctm̄. Hoc itaq; determinari optet/ si debito mō fiat elemosyna. i. si illa affuerit qđ paulo sup<sup>9</sup> elynā faciēti dixim<sup>9</sup> cōuenire. Ubi em̄ mētis puritas

2. Timoth. 1.

Matth. 25.

Ubi. 5.

Esa. 58.

Ep. 5.

Roma. 12.

Ecl. 5.



humilitas atq; simplicitas pre-  
sto sunt: ibi nullū oīno mortu-  
le pctm credim<sup>o</sup> coadesse. Ne-  
nialia & o etiā si multa fuerint/  
p elynā facile diluunt. Qd r si  
q mortalia aut etiā criminalia  
p cōfessionē quidez deleta sūt/  
sed nō dū opis satisfactio subse-  
cuta: ad hoc qz plurimū vale-  
re pōt elemosynaz largitio: vt  
qnto qis in ea fuerit p̄p̄sior/ tā-  
to ei leuior penitētia vel possit  
imponi/ vel imposita relaxari.  
Tenet em̄ fides ecclie/ q rerū  
tpaliū collatiōe/ tam pctā redi-  
mi queant/ qz penitētie pctōz.  
Tribz em̄ modis (vt aiunt) fie-  
ri solet pctōz remissio. Uno q  
dem mō excellēt r p̄p̄ie: cum  
reō cōfiteanti vl habēti cōfite di-  
ppositū/ deus occulte reatū cul-  
pe dimittit: manente tñ necessi-  
tate penitendi. Qd si facere cō-  
tēpserit: vl fm̄ qsdā redit pctm  
qd dimissū erat: vl fm̄ alios nō  
redit qdem/ s; p̄pter ingratitu-  
dinē r cōtemptū eque vt p pec-  
cato puniet. De hac pcti remis-  
siōe/ sic ait psalmista: Dixi con-  
fitebor aduersum me iniustici-  
am meā dño: r tu remisisti im-  
pietate pcti mei. Et dñs p p̄phe-  
tam: Peccator quacūq; hora  
ingemuerit/ saluus erit. Alte-  
ro etiā mō fit peccati remissio/  
sed minus p̄p̄ie: cum sacerdos  
ea potestate qua ligare r solue-  
re potest/ cōfessum peccatorē a  
peccato absoluit: debitū ei mō  
dū satisfactiōis iponēs. Quā

si nō fecerit nil pderit ei vel dei  
vel sacerdotis remissio: s; eque  
vt ille prior vl forte graui<sup>o</sup> pro  
maiori cōtemptu puniet. Ter-  
tio qz mō dicit remitti pctm sa-  
tis qdē improprie: cū iniuncta  
pro peccato penitētia ab eo q  
potestatem habet/ vel tota re-  
mittitur/ vl ex parte relaxatur.  
Hoc autem fieri solet duobus  
modis: compassione charita-  
tis: r compensatiōe maioris bo-  
ni: id est pluribus pfuturi. Cō-  
passione charitatis: velut illis  
quibus a sanctis hominibz san-  
ctorū ve hominū collegijs inu-  
cte penitētie pars aliqua rela-  
xatur. Compensatiōe maioris  
boni: quando iniuncta alicui  
penitētia corporalis/ compē-  
satione alteri<sup>o</sup> rei que plurib<sup>o</sup> p-  
desse possit commutat: veluti  
larga elemosynarū largitione  
tempore famis in pauperes: si-  
ue collatione pecunie in neces-  
sitates ecclesiarū: vel captiuo-  
rum redemptionē: vel aliquid  
aliud quod his simile videat.  
Et in hoc quidez vtroq; casu/  
is cui penitētia vel relaxatur  
vel remittit/ etiā a peccato cre-  
ditur absolutus. Qd licet ita  
fieri soleat/ r inter p̄suetudies  
ecclie receptū sit: ratiū tñ esse  
credo/ nullū p aliqua rei t̄pal-  
compensatione a penitētia cor-  
porali ita prorsus absolui/ qn  
aliquā ei<sup>o</sup> partem/ veluti ieiū-  
niū aliquot feriaz de multis/  
vl aliqd aliud eque molestum

Ps. 31.

Ezech. 18.



corpori vel iam fecerit vel ad  
huc facere iubeat. Nullam em̄  
satisfactionē peccati deo tā cre  
dimus acceptabilē: quē admo  
dū illam que corporis afflictio  
ne/ et cordis contritione com  
mēdat. *Job. 2.* *Cōuertimini inquit ad  
me in toto corde vestro in ieu  
nio ⁊ fletu ⁊ planctu: ecce cor  
poris afflictio. Et scindite cor  
da vestra ⁊ nō vestimenta v̄ra:  
ecce cordis cōtritio. Dignū q̄p  
pe est: vt qd̄ actu corporis cō  
missū fuerit/ eiusdē corporis pur  
get afflictio: reatus hō mentis  
cordis cōtritione diluat. Qua  
propter quicq̄d de facultatib<sup>9</sup>  
nostris que nobis vel a deo ad  
bonos vsus cōcesse/ vel for̄sita  
de peccato q̄site sunt: q̄cqd̄ in  
quā de rebus extra nos possit  
in pfata pietatis opa fuerit ero  
gatum: tūc tū est/ tam ei q̄ di  
spensat/ q̄ illi q̄ dispensatione  
v̄tit/ aliquā reo vindictā peni  
tentie corporalis iniungi: p̄ quā  
id qd̄ corporalit̄ admissum est  
aliqua saltē corporis afflictio  
ne corrigat. Nihil em̄ min<sup>9</sup> me  
tuendū est q̄ ne quis de pecca  
to suo nimis pure ⁊ p̄fecte peni  
teat: p̄sertim cum m̄lta possint  
esse delicta/ q̄ nec ip̄e intelligit  
⁊ si quid superogauerit penitē  
do/ dñs plena retributōis mer  
cede valeat cōpensare. Proue  
nit etiā ex elemosyna charitat̄  
augmentū: tam erga deū/ q̄ er  
ga primū. Erga deū q̄dez hoc  
modo: dum illi ob cui<sup>9</sup> honore*

tua libent̄ erogas/ opus tuum  
placere p̄sumis: ⁊ in eius amo  
re tanto validi<sup>9</sup> inardescis: q̄n  
to te ampli<sup>9</sup> ab illo speras red  
amari. Dilectio em̄ dei eiusmo  
di est: vt sua dulcedine quantū  
in ipsa est/ semp in se hominem  
magis ac magis alliciat: q̄m i  
ip̄o nihil est quē admodū in ho  
mine/ quo possit anim<sup>9</sup> diligen  
tis offendi. Sustate inq̄t ⁊ v̄t  
de q̄m suauis est dñs. Dulce  
do dei ⁊ suauitas in modū aro  
matū q̄d̄iu gustata non fuerit  
ignorat: cū aut̄ gustare ceper̄  
mira quadā iocunditate felicit̄  
innotescit. Hanc dei dulcedi  
nem nō dum gustauerat saul<sup>9</sup>  
cū esset adhuc blasphem<sup>9</sup> ⁊ pse  
cutor: ⁊ gustauerat aut̄ paul<sup>9</sup> q̄n  
dicebat: Cert<sup>9</sup> sum em̄: q̄ neq̄  
mors neq̄ vita poterit nos se  
parare a charitate dei. Erga p  
rimū q̄z p̄ elemosyne largitio  
nē charitas ampliat: tū p̄ de  
um cui<sup>9</sup> gratia primū cōsola  
ris: tum q̄z beneficiū tuū cū sit  
ei necessariū/ gratum esse non  
dubitas: ⁊ cum a quo te merito  
diligere putas/ nō potes non  
amare. Crescere igit̄ beneficio  
crescit ⁊ charitas: dum illa be  
neficium inuitat: illud hō am  
plificat charitatē. Quocirca si  
necdū scis diligere primū: hāc  
diligēdi artem p̄ ip̄m opis actū  
optime potes addiscere. Diu  
de cū eo substantiā tuā: ⁊ ama  
re incipies. In hac em̄ arte/ pra  
ctica theoreticā p̄cedere solet: cū

Ps. 33.

Act. 8. et. 9.

Roma. 8.



in alijs theorica practica solet  
 at preuenire. Practica q̄ppe di  
 lectionis op̄ pietatis est: theo  
 rica vero intelligitur ipsa dile  
 ctio. Prouenit etiā ex eadē ele  
 mosyna gaudiū spirituale: dū  
 mens boni opis sibi cōscia/ et  
 dei se impleuisse voluntatē/ et  
 sine subuenisse necessitati vno  
 eodēq; facto gloriat̄. Quoz in  
 altero debita diuine maiestati  
 reuerentiā gaudet exhibitam:  
 in altero cōmunis nature com  
 passionē: in vtroq; vero legem  
 charitatis implet. Neq; enim  
 modico gaudiō dignū est: fecis  
 se qđ deo placeat: s̄bueniat pri  
 mo: pueniat charitati. Nec igitur  
 attendens bene sibi mens  
 cōscia/ sua p̄ christo libenter di  
 largitur: nulla rerū tēporaliū  
 metuit detrimēta: id solum sibi  
 saluū existimās qđ in tales vs̄  
 expēderit. Terrenis facultati  
 bus celestes implet thesauros:  
 tēporarias opes eternis inge  
 rit apothecis: gaudens sibi fa  
 cere amicos de māmona iniqui  
 tatis: a q̄b; cū defecerit in eter  
 na recipi mereat̄ tabernacula.  
 Thesaurizat sibi thesauros in  
 celo vbi nec erugo nec tinea de  
 molit̄. Hoc modo thesauriza  
 uerat ille martyr: qđ cū arderet  
 in craticula / ip̄ssimo tyrāno  
 insultabat his v̄bis: Assatū ē/  
 iam versa et māduca: nā facul  
 tates eccl̄e q̄s req̄ris/ in celstes  
 thesauros manus pauperū de  
 portauerūt. Certa spes p̄missio

rū qđ nihilomin⁹ ex elemosyna  
 puenire solet: duob⁹ posita ē:  
 dignitate videlicet p̄merent̄: et  
 veritate p̄mittētis. Dignitate  
 p̄merētis: qm̄ qđ diuina libēter  
 implet mādata/ securus expe  
 ctat p̄missa. In veritate p̄mittē  
 tis: qđ facienti qđ precipit certis  
 sine dat qđ p̄mittit. Nullum  
 fraudat: nullū decipit: nullum  
 vana expectatiōe deludit. Apđ  
 quē aliqđ deposuisse: non aliud  
 est/ q̄ in tuto collocasse. Om  
 nib⁹ cōmissa plēa fide restituit:  
 sua vnicuiq; redhibet cū aug  
 mēto. Adest em̄ optime volūta  
 ti facultas ⁊ potētia: nec est ma  
 ior in faciendo q̄ in volendo  
 difficultas. Diues q̄ppe est in  
 om̄es qđ inuocāt illū: sic ait scri  
 ptura: ⁊ quātūlibet vni dede  
 rit/ non habet eo minus qđ al  
 teri largiat̄. Nec meruēdū est/  
 ne is qđ grām dedit ad merēdū:  
 merito iam ⁊ digno p̄miū sit ne  
 gatur⁹. Qui voluit te mereri/  
 vult vti q̄ remunerare meren  
 tem. Perseuera igit̄ in meren  
 do: ⁊ ob illi⁹ grām libenter tua  
 largire/ qđ tibi ⁊ in hoc mundo  
 cū p̄secutionibus cētuplū resti  
 tuit: et in futuro vitā eternā lar  
 giet̄. Depone secur⁹ apud illū  
 qđ sibi cōmissa/ non solū fidelit̄  
 seruat: s̄ etiā mltiplicata recō  
 signat. Depone securus apud  
 illū: qđ nec fraudē facere nouit:  
 nec pōt aliqd̄ subei⁹ custodia  
 depire. Qui qđcqd̄ cōmiseris/ to  
 tum seruas: si nihil cōmiseris/

Roma. 10.



totū pdis: cui nihil credidisse/  
 totū ē pdidisse. Ultimū ac p̄ci-  
 puū eoz q̄ ex elemosyna dicta  
 sūt puenire/ celestiu gaudioz ē  
 pceptio. Nec sunt illa gaudia  
 eterne felicitatē: q̄ oib<sup>o</sup> electoz  
 merit<sup>o</sup> in p̄miū pponunt. Hoc  
 est illud bonū oim alioz finis  
 ⁊ p̄sumatio: ⁊ qd̄ si nō successerit/  
 vt sup̄ q̄z dictū est: alia in-  
 utilit̄ p̄cesserūt. Ad hoc bonū  
 ab omī genere electoz hoīm di-  
 uersis meritoz currit v̄s: di-  
 uersis operum itinerib<sup>o</sup> festina-  
 tur: Qd̄ cū sit vnū et simplex:  
 vita eī eterna est ⁊ illa deus:  
 plurib<sup>o</sup> tñ ex causis et diuersis  
 meritoz suffragiis obtinetur.  
 Dia siqdē bona q̄ ab elect<sup>o</sup> ho-  
 minib<sup>o</sup> vel fiunt vel habentur:  
 in hūc quendā (vt ita dixerim)  
 certissimū finē cōcurrūt. Qd̄ ⁊  
 tāto iocundi<sup>o</sup> est assequēti: quā-  
 to pl̄ib<sup>o</sup> ex causis ⁊ merit<sup>o</sup> am-  
 pliorib<sup>o</sup> fuerit cōparatū. Quo  
 circa nemini videat̄ absurdum  
 q̄ hoc ip̄m bonū eterne felici-  
 tatis/ ex q̄libet triū partiū ma-  
 terie n̄re: videlz/ orōe/ ieiunio/  
 elemosyna dixim<sup>o</sup> prouenire.  
 Ista siqdē tria bona sūt et alia  
 multa eiusmōdi sunt: vt si debi-  
 to fiant modo/ ⁊ singla vitam  
 cōferant/ ⁊ sil' oīa plenius nan-  
 ciscant: quēadmodū in cōpit<sup>o</sup>  
 trivialib<sup>o</sup> plures vie cōcurren-  
 tes/ ⁊ oēs simul ⁊ single ad idē  
 loci pducūt. Ampli<sup>o</sup> aut̄ cū plu-  
 rime vie ex diuersis partib<sup>o</sup> ve-  
 niētes/ ⁊ oēs ⁊ single in ean-

dem dirigant ciuitatē: multo  
 magis oēs virtutes q̄ ex radi-  
 ce charitatē tam ip̄e q̄ eaz opa  
 pficiunt: ⁊ simul ⁊ singlatim  
 ad vnū finē eterne retributiōis  
 certissime diriguntur. Unde et  
 multozū vel opinio vel potius  
 sententia talis est: vt q̄ vnā vir-  
 tutē habuerit/ eū nulli<sup>o</sup> immu-  
 nem fateatur: presertim cū ha-  
 beat charitatē/ q̄ oīm radix est:  
 quēadmodū vbicūq̄ fuerit ra-  
 dix arboris/ ibi etiam ramos et  
 coberētes adeē necesse est. Vir-  
 tutes em̄ in aīa scdm̄ quādā  
 spū alis arboris formā distin-  
 cte sūt: in q̄ ⁊ radix ⁊ stipes est  
 charitas: rami maiores/ virtu-  
 tes: minores vero/ ramusculi:  
 flores/ cogitatiōes bone: fron-  
 des/ v̄ba benignola: fruct<sup>o</sup> autē  
 bona opatio. Et hoc q̄dem ad  
 similitudinē corporis hūani:  
 qd̄ ⁊ ip̄m vt (aiunt phisici) for-  
 mā arborē h̄z: s̄ arboris inuer-  
 se. i. h̄nt̄ radicē sup̄i<sup>o</sup> versā: ra-  
 mos h̄o deorsū. Est itaq̄ caput  
 p̄ radice p̄t̄ nervos a cerebro  
 p̄deuntes: q̄b<sup>o</sup> vniuersa mēbra  
 cōpaganant ⁊ mouent: corpis  
 truncus/ pro stipite: brachia ⁊  
 crura/ p̄ maiorib<sup>o</sup> ramis: pro  
 ramusculis aut̄/ digiti manuū/  
 et peduz articuli. Est igitur q̄  
 si arbor in arbore/ aīa in cor-  
 pore. Aliam q̄z arborē in pra-  
 uis animab<sup>o</sup> reperies: sed con-  
 trarie ql̄itatis: id ē nō virtutū/  
 sed vitioz. In qua arbore pe-  
 stifera ⁊ radix est contempt<sup>o</sup> dei:



fami maiora vitia: miora ho ra  
 musculi: flos mal<sup>o</sup>/pua cogita  
 tio: foliū/obū inutile: mala ope  
 ratio/ fruct<sup>o</sup> est venenat<sup>o</sup>. De  
 his duab<sup>o</sup> arborib<sup>o</sup> virtutū .s.  
 et vitioz: sic ait dñs in euange  
 lio: Non pōt arbor bona fru  
 ctus malos facere nec arbor  
 mala fruct<sup>o</sup> bonos facere. Bo  
 na arbor fructus bonos facit:  
 et mala arbor fruct<sup>o</sup> malos fa  
 cit. Ad illā tertā humani cor  
 poris arborē pōt illud prinere  
 quātū ad līam: qđ cec<sup>o</sup> illumi  
 nat<sup>o</sup> dño it̄rogātī an aliqd vi  
 deret/ ait: Uideo hoies sic ar  
 bores ambulātes. Ex hac igi  
 quā dixim<sup>o</sup> futū cōnexiōe/ vo  
 lunt multi eas abinuicē nō pos  
 se separari: sed si vna affuerit/  
 oēs pariter coadesse. Sed qm̄  
 vel impossibile vel rarū est/ vt  
 oēs pariter act<sup>o</sup> suos exerceāt:  
 quasdā dicunt positas esse in  
 actu: quasdā ho esse tm̄ in ha  
 bitu. Habitū hic dicim<sup>o</sup> qlita  
 tē mētis/ quā p̄trahit ex hoc q  
 charitate informat: actū vero  
 opus ipsius virtutis. Abrahā  
 ergo licet cōiugat<sup>o</sup> esset/ cōti  
 nentiā tm̄ habuit in habitu: qđ  
 si nō studeret p̄creande plūli  
 benti<sup>o</sup> cōtineret qđ vteret con  
 iugio. Castitatē vero cōiugale  
 habuit tā in habitu qđ in actu:  
 qm̄ r̄ illi mente cōsensit/ r̄ actu  
 ip̄o exercuit. Jobānes ho con  
 tinentiā vtroq; modo habuit:  
 quā r̄ mēte dilexit/ et actu cor  
 poris obseruauit. Satis iā ex

pmissis patet/ q oēs virtutes  
 licet actu differāt: tm̄ sic oēs  
 p̄deunt ex vna radice charita  
 tis: sic tam ip̄e qđ earū opa ad  
 vnū finē tendūt eterne felicita  
 tis. Quapropter trib<sup>o</sup> illis reb<sup>o</sup>  
 de qb<sup>o</sup> hacten<sup>o</sup> nobis tractatū  
 est/ nō alium finalē p̄uentū qđ  
 illū qđ om̄ium bonoz cōmunis  
 est potuim<sup>o</sup> assignare. Sūt au  
 tem alia nō pauca illis cōmu  
 nia: que satis p̄tinent et p̄grue  
 cuilibet illaz possent attribui.  
 Quoz pleraq; in tractatū oīo  
 nis trāsferre maluimus: vt se  
 mel ibi discussa / non esset op<sup>o</sup>  
 scđo vel tertio tractanda resu  
 mere: simul vt ex eorū accessu  
 locupletior eēt tractat<sup>o</sup> oīonis  
 q̄ reliqs duab<sup>o</sup> dignitate p̄pon  
 derat. Orādi q̄ppe negociū/ ti  
 bi gerit cū dō: ieiunij tecū ip̄o/  
 elemosyne cū primo. Orando  
 deū alloqueris: ieiunando car  
 nem affligis: elemosynā faciē  
 do primum cōsolaris. In pri  
 mo aīa purgat: in scđo corpus  
 atteritur: in tertio primus rele  
 uatur: in oib<sup>o</sup> aut̄ deus bonoz  
 ratur. Honoras q̄ppe deū/ cū  
 ei humiliter supplicas: cum in  
 eius vindictā corp<sup>o</sup> excrucias:  
 cū ob eius amorē tua fratri cō  
 municas. Bona sunt hec tria  
 etiā singla: sil̄ aut̄ oīa etiā val  
 de bona: qđ<sup>o</sup> si qua accesserint  
 alia: q̄nto erūt plura/ tāto etiā  
 potiora. Quecūq; enim natu  
 raliter bona sunt: q̄nto plura i  
 vnū cōueniunt: tanto p̄stanti<sup>o</sup>



## Liber tertiusdecimus      Cap. iij.

quoddam bonum efficiunt. Unde et illud summum bonum / cui nihil deesse potest / ita diffiniri solet: ut dicatur statim omnium bonorum congregatione perfectum. Hec nimirum est illa summa beatitudo retributionis eterne: deus videlicet: omnium bonorum finis / ac remunerator et primus. Ad hunc perculdubio finem / omnia bona que vel in homine sunt / vel ab homine fiunt / finaliter referri debent: et in ipso feliciter consummari. Quod enim nec ad hoc bonum intentione dirigunt / nec eius adeptione consumantur: id nec boni quidem appellatio dignum est. In his itaque bonis / tria hec de quibus nobis hactenus disertum est: inter precipua virtutum opera magisque communia / et pluribus necessaria / ab his que diligentius attenduntur / solent estimari. Si quidem sua penitus relinquere / quod dominus in euangelio non iubet sed consulit: continentiam servare / quod idem salvator non iubet quidem: sed apostolo reliquit consilium. Utrumque horum magnam quidem / sed rarum est: nec in tanta necessitate positum: quam sine illis ad vitam multi perveniunt. Orare autem ac ieiunare et elemosinam facere generaliter ad omnem pertinet christianum: eatenus ut si quis habita facultate / ea facere contempserit / charitatem non habeat: ac per hoc eterne vite non sit idoneus. Cum igitur oratio lingua cum deo fabulatur: carnis petulantia ieiunando restringitur: ad consolationem proximi manus extenditur: tunc

perfecto gratissimum deo prestant obsequium. Vehementer ei placet triplex iste percentus: plurimum delectatur huiusmodi symphonia. Orantem exaudit: propitius afflicto: misericordiam preparat / eam primo facienti. Quapropter hec tria bonorum operum genera / omnibus quidem fidelibus: ac nobis maxime / quibus maior inesse charitas ex ipso habitu exteriori presumitur / omni studio conservanda atque tenenda sunt: accedentibus etiam alijs bonis quotquot deus prestare dignabitur: quibus in hac vita temporaliter adiuti / summum illud et incopabile bonum apprehendere mereamur. Hec sunt que de hac nostra trimembri materia necessario differenda videbantur: relictis conservandis causa que pluribus: que nisi laboris prolixitatem fugerem / utiliter et congrue potuissent adiungi. Nunc illud cum lectore volumus de pacisci: quatinus si quid in hoc opusculo suspectum vel ambiguum minusve planum occurrerit: non statim quid causando possit obijci / sed quod auctor senserit diligenter advertat: quod in omni scripture recitatione quo ad eius notitiam constat esse potissimum. Discreti si quidem ac benivoli lectoris est / scripture verba sub eodem sensu quo posita sunt / fideliter interpretari. Qui autem sensu scriptoris spreto vel potius ignorato / litterarum reluctante in alium captivare conatur: is quidem non lector / sed potius perversor ac de-

Alias causas  
lando.

Matth. 19.

I. Corin. 7.



prauator rectissime dicēd<sup>o</sup> est.  
 Nā licet ex verbis nō nunq̄s ali  
 cui<sup>o</sup> melior sensus elici queat/  
 q̄s ipse auctor habuerit: nō ta  
 men hoc est aliena legere/sz p  
 pria cōmentari. Scimus vtiq̄  
 nos in hoc opusculo quedā sa  
 tis disputabilia terigisse: et vt s̄  
 quoq̄ puerbialis dicitū est: ve  
 lut sup prunas sub cinere late  
 res nudis ambulasse vestigijs.  
 In quib<sup>o</sup> tñ om̄i diligentia ca  
 lamū temperare curauim<sup>o</sup>/ vt  
 nihil nisi verū ac piū (si quis re  
 cte nobiscuz intelligat) pagine  
 mandaret. Qua in re si qd for  
 te nobiscum erratū est: vel no  
 stre imbecillitati/ vel rerū ipsa  
 rū difficultati videbit<sup>o</sup> imputā  
 dū. Illud certe scire volumus  
 om̄s quib<sup>o</sup> in manū venerit no  
 ster hic codicillus: hanc nobis  
 fuisse intentionē: tum vt de re  
 bus hacten<sup>o</sup> (vt credim<sup>o</sup>) indi  
 sculis aliqua dicerem<sup>o</sup>: tū ma  
 xime vt hac occasione nostram  
 in posterū fratne charitati hu  
 militer cōmendarem<sup>o</sup> memoriā.  
 Neq̄ em̄ laudē nob venari cu  
 ra est: sed fauorem hominū no  
 stre pfessiōis captare voluim<sup>o</sup>:  
 vt p labore quo circa res istas/  
 ac maxime circa orationē desu  
 dauim<sup>o</sup>: liceat nobis pias eoz  
 orationes expectare. Nec no  
 bis merces ex hoc labore pue  
 niat: et uos opam nostrā vtiliter  
 posuisse: et nobiscum elegāter  
 actum esse fatebimur. Siqui  
 dem post immēsam diuine pie

tatis clemētiā/ cui tota spes sa  
 lutis humane innitit: optima  
 portio mee cōsolationis et fidu  
 cie: in suffragijs sc̄taz tot<sup>o</sup> or  
 dinis orationū posita est. Con  
 siderans em̄ maloz meoz mul  
 titudinē/atq̄ meritoz penuri  
 am: de prijs diffusus/ aliena  
 cogor mendicare subsidia. Nā  
 que mihi precor in me pōt esse  
 securitas: cū videā alios quos  
 dā ex his cum quib<sup>o</sup> viuere ce  
 pi/ sexaginta plēsve annos sub  
 disciplina militie claustral agē  
 tes/ ita feruere spiritu/ q̄si nūc  
 demū inceperint: me vero pau  
 cissimi tempis effectū militē/ ve  
 lut in primo castrorū ingressu  
 sub armis modo susceptis fa  
 tiscere. Illi q̄ seculū vel nunq̄s  
 om̄ino gustauerūt/ vel multis  
 retro temporib<sup>o</sup> obliti sunt/ tā  
 to dolore ac metu penitēt/ tāq̄  
 hodie peccare desierunt: et ego  
 q̄ vix dum de luto fecis et misē  
 rie p gratiā cōuersionis pedem  
 emoui: q̄si nihil deflēdū mecum  
 attulerim/ ita stulta securitate  
 decept<sup>o</sup> elangueo/ q̄si hō pfectū  
 faciat mōachū/ sola seclaz ha  
 bit<sup>o</sup> et vite mutatio. Faciūt alij  
 quicqd possunt: merita merit<sup>o</sup>  
 cumulantes/ ego sol<sup>o</sup> inter eos  
 cōplossis (vt aiunt) manibus se  
 dens/ nil aliud agendū existi  
 mo: magnū qddam arbitrans  
 seculū reliquisse. Quanto pre  
 stātius erat atq̄ salubrius/ bo  
 norū operū fructus deo hilari  
 ter offerre/ et hanc ipsam vitaz



que mihi tñ in labore agenda  
est/ tota cum gaudio spūali di  
uinis mancipare seruitijs. Nā  
illud verissime dicere possum:  
per hoc iam septenniū/ qđ mi  
hi sub habitu religiōis actum  
est: tanto tamq; cōtinuo labo  
rasse corporis incōmodo: vt ex  
cepto tēpe refectiōis aut som  
ni/nunq; vel vna mihi hora be  
ne fuisse valeaz reminisci. Nec  
hoc nūc volo intelligi de illa or  
dinis asperitate/ q̄ gaudia se  
culi relinquentib; horrenda et  
grauis est: quā vtiq; p viribus  
meis deuote ac reuerenter exci  
pio/ sed de intolerabili quadā  
capit; passiōe: quā ap̄ma susce  
ptiōe habit; idēfīnēt toleraui.  
Proinde nil iam aliđ sup̄esset  
nisi in tanta rerū pressura sub  
manu flagellantis deficere: si  
nō me salubri ac lucrose/ pio

patris affectu flagellari presu  
merē. Nūc autē virga dñi ⁊ ba  
cul; ei; ipsa me cōsolāt: frequē  
ter illa scripture verba repeten  
tem: quia quē diligit dñs corri  
pit: flagellat autē omnē filium  
quem recipit. Uiderit itaq; sa  
piens medic; quid in egro vel  
secari vel vri oporteat: penset  
optim; pater quatenus in filio  
flagris vtendum sit: quid post  
flagra cōsolatiōis ⁊ gaudi; da  
turū sese disponat: ego pcussio  
nes eius ⁊ verbera qđ diu ferire  
placuerit/ ea quam dederit ip̄e  
patientia/ sine vlla remurmu  
ratiōe conabor excipere: Hoc  
vnū inter crebras plagarū in  
flictiones/ magno interni cla  
more cordis efflagito: quate  
nus vel diu multatū/ tandem  
in paterne sortem hereditatis  
admittat: Amen.

Ps. 22.

Prover. 3.  
Heb. 12.

*Sollicitatis J. J. Paderb.*

Opusculū de tribus christianorū actibus/ oratione vi  
delicet/ ieiunio ⁊ elemosyna/ finit: Impressum Basilee  
per Michaelem Furter: Anno. M. cccc. vij. die vero  
quintadecima mensis martij.

